



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

D

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

intra annum omnino soluatür pretium.
ibidem.

- 13 Si non extinguitur, adhuc semper extingui potest. *ibid.*
- 14 Neque pactum vllum fiat ob non extinctum censum. *ibid.*
- 15 Aliter creati census habeantur sceneratitij. *ibid.*
- 16 Res infructifera ea esse declaratur, que tota, vel ex parte infructuosa perpetuo redditur, non aliquibus annis. Pius V. 1570.
- 17 Neque prohibetur, quin possint repeti expensæ, quæ fiunt litigando contra morosum debitorem. *ibid.*
- 18 Neque prohibentur fideiussiones, aut hypotheca bonorum pro euictione rei grauata, censu, aut pro solutione census. *ibid.*
- 19 In casu dotis assignandæ, non est necessaria pecunia coram Notario, & satis est etiam idonea schedula bancaria pro pecunia numerata. *ibid.*
- 20 Censu super bonis Communitatum status ecclesiastici non possunt excedere septem pro centenariis. Clem. VIII. apud Nald.
V. Censu num. 15.

Conuertita.

- 1 Constitutiones Conuertitarum feruentur. Trid. sess. 25. cap. 18. de Regul.
- 2 Numerus certus ne in ijs constituatur, nec habeat locum in ijs, quod loco dotis, alimentorum in alijs Monialibus est decretum Prou. 6.
- 3 In ijs recipiendis sufficit consensus maioris partis Capituli. *ibid.*
- 4 Item in ijs admittendis ad professionem. *ibid.*
- 5 Professio emittatur ea ætate, eoque temporis spatio, quibus iure communi liceat, aut earum statutis est cautum. *ibid.*
- 6 Quæ post annum probationis non sunt habiles ad professionem aut eam omittere recusant, è Monasterijs nisi causis iure permissis, ne eijciant; sed tempus Nouitatus prorogetur. *ibid.*
- 7 Neque eæ, quæ non sunt habiles ad officium, etiam si domus illa non egeat Conuersis, contra institutum repellantur. *ibid.*

V. Monialium clausura per totum.
Monialium educatio actiua. num. 4.
Monialium cura temporalis. num. 19.

Corporale.

- 1 **E**X lino debet esse. *capit. Consulto de cons. dist. 1.*
- 2 Ex cannabe fieri potest Azor. lib. 10. cap. 28. quest. 8.
- 3 In extrema parte eiusdem addi potest fericum, & aurum. Suar. 3. p. disp. 81. sect. 6.
- 4 Crux acu pingi potest in anteriori parte. Acta Med. Eccl. de sac. suppellect.
- 5 Benedicitur vna cum palla. Pont. Rom.
- 6 Non debet tangi à laicis, nec à sacris sceminis. c. Sacratas. dist. 23.
- 7 Neque lauari debet in vase communi. Ordo Rom.
- 8 Post primam lotionem potest tangi, & reparari à non sacris, antequam iterum adhibeatur. Syluest. *V. Corporalia. quest. 1.*
- 9 Post vsum, & post lotionem non debet iterum benedici. idem *ibid. quest. 2.*

Curiales.

V. exempti. num. 3. 4.

Decima.

- 1 **S**oluantur integrè ab ijs, ad quos spectat Trid. sess. 25. cap. 12.
- 2 Qui eas subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, nec absoluantur, nisi plena restitutione secuta. *ibid.*
- 3 Euulgetur hoc decretum Concilij in Dominica prima Aduentus. Prouinc. 1.
- 4 Non potest Episcopus alicui concedere immunitatem à Decimis per viam priuilegij. Monet de Decim. cap. 5. quest. 2. con. l. 1.
- 5 Potest remittere Decimas, maximè suæ mensuræ debitas ex iusta causa. *ibid.*
- 6 Item interponere decretum, & consensum in cõpositione super solutione Decimarum. *ibid.*
- 7 Decimarum ecclesiasticarum inuestituras in perpetuum factas laicis, sed maioris legitime, declarat irritas Episcopus in earum recognitione. Prouinc. 5.

8 Pri-

- 8 Priuilegium concessum Religiosis, alijs, de non soluendis Decimis, etiam ex agris antiquitus cultis, non extenditur ad eas, in quarum possessione is est, cui de iure competunt Decimæ. Monet. *sup. concl. 3.*
- 9 Consuetudo nihil soluendi Ecclesiæ ministris, quantumcumque longa, non valet, quando minister sustentari nõ potest in Parochia. *ibid. quest. 4. concl. 2.*
- 10 Valet compositio inter personas ecclesiasticas, vt Decimæ vni Ecclesiæ debite, soluuntur alteri. *idem ibidem quest. 6. concl. 1. & 2.*
- 11 Accedente consensu Episcopi. *ibidem concl. 1. & 2.*
- 12 Valet compositio, & transactio super Decimis decursis sine consensu superioris. *ibid. concl. 3.*
- 13 Non valet de futuris sine consensu Papæ. *ibid. concl. 4.*
- 14 Valet, si compensetur Ecclesia alijs in rebus de consensu Episcopi. *ibid.*
- 15 Decimæ Episcopales possunt remitti personis ecclesiasticis de consensu Capituli. *idem quest. 7. concl. 1.*
- 16 Non potest remitti Decima Parochialis alicui laico de consensu Episcopi. *ibidem concl. 2.*
- 17 Consuetudo circa portionem, & quantitatem Decimæ attendenda est. *idem ibid. quest. 4. concl. 1.*
- 18 Exactio Decimarum Capituli, etiam ab ijs de Capitulo ad suum vsum conducitur potest, facultate ab Episcopo data, cum grauis causa urgebit. *Prouinc. 4.*
- 19 Qui decimas debet, biduo ante moriatur Rectorem, quam bona sua in domum suam portet, nisi aliter sit cautum. *Prou. 3.*
- 20 Debent inferri in horrea clericorum, vbi sine magno sumptu, & labore id fieri possit. Monet. c. 6. *quest. 1. concl. 1.*
- 21 Non possunt asportari fructus donec clerici certiores fiant de collectione, nisi obstat consuetudo. *ibid. concl. 2. & 4.*
- 22 Decimæ prædiales debent solui statim ac fructus collecti sunt. *ibid. q. 2. concl. 1.*
- 23 Decimæ personales regulariter in fine anni. *ibid. concl. 2.*
- 24 Attenditur consuetudo. *ibidem concl. 4.*
- 25 Non possunt propria auctoritate capi, sed peti debent. *ibid. quest. 3. concl. 4.*
- 26 Potest Episcopus nomine cuiuslibet Ecclesiæ Parochialis subiectæ ad Decimas agere, quando non est Curatus, qui agat. *idem c. 7. q. 1. concl. 7.*
- 27 Non soluens excommunicari potest, ac debet. *idem ibid. cap. 8. q. 5. concl. 1.*
- 28 Potest iudex ex officio procedere contra non soluentem. *ibid. quest. 6. concl. 1.*
- 29 Causa Decimarum est executiua, appellatiõne remota, inuocato etiam brachio seculari, nulla compensationis habita ratione. *ibid. quest. 4. tota.*
- 30 Si quæstio sit de Decimis inter clericos, causa est summaria. *ib. c. 8. quest. 3. concl. 1.*
- 31 In visitatione potest visitator cogere subditos ad soluendum Parocho Decimas. *ibid. quest. 6. concl. 2.*
- 32 Possunt denegari Decimæ deneganti iniuste sacramenta. *ibidem cap. 7. quest. 1. concl. 11.*
- 33 Potest Episcopus etiam Decimarum assignatione augere redditus Ecclesiæ Parochialis adeo exiguos, vt debitis nequeant oneribus satisfacere. *ibid. cap. 8. quest. 8. num. 17.*
- 34 Laicus conductor Decimæ debet conueniri coram iudice ecclesiastico. *idem ibid. quest. 1. n. 17.*
- 35 Clerici non tenentur soluere Decimam suorum beneficiorum. DD. cum Barbof. de iure Eccl. l. 3. cap. 26. §. 3. num. 8.
- 36 Sed bonorum suorum secularium, quocumque sint, licet non sint subditi Parocho. *ibid. nu. 17.*
- 37 Pertinentes ad Ecclesiam matricem nõ transeunt ipso iure in Parochialem Ecclesiam nouiter erectam, sed remanent apud matricem, nisi eas Episcopus nouo Parocho assignauerit ad præscriptum Concil. Triad. Congr. conc. 11. Mar. 1617.
- 38 Decimæ ratione prædiorum acquisitionum per Regulares soluenda sunt, donec doceant de sufficienti priuilegio. ead. 4. & 18. Dec. 1627. 1. Sept. 1629. 13. Apr. 1639.

Degradiatio.

- 1 AN sit necessaria degradatio realis in casibus in quibus clerici in minoribus sunt puniendi à laico iudice: Affirmant, Negant DD. apud Barbof. alleg. no. num. 8.
- 2 Ad solemnem clericum degradationem quot

quor, & qui concurrant. Vide Trident. *sess. 13. cap. 2.*

3. Episcopus electus, non consecratus, non potest actualiter clericum degradare. *Barbos. de pot. Episc. alleg. cit. num. 24.*
4. Episcopus cognoscit contra exemptos in omnibus criminibus requirentibus actualem degradationem. DD. apud *Barbos. ibid. num. 28.*
5. Assistentes degradationi debent adesse in cognitione cause, & in pronuncian- da sententia ferre suffragium. *ibid. nu. 25.*
6. Prælati Religiosorum non habent facultatem degradandi suos subditos. *ibid.*
7. Verbalem degradationem merentur adulterium, concubinitus perseverans post monitionem, simonia notoria, stuprum, incestus, furtum, perjurium, homicidium etiam si sit patratum solo consilio, delictum, quo quis sua culpa permittit decedere suum Parochianum sine baptismis, & alia, quæ inferunt irregularitatem. *Monet. de distribut. quest. 17. num. 6.*
8. Realem merentur hæresis, crimen falsi in litteris Apost. conspirationis in proprium Episcopum. DD. apud *Barbos. cit. loco num. 11.*
9. Item quando quis commisit immane delictum, puta, homicidium qualificatum, & in proditorijs, parricidio, fratricidio, combustionibus Ecclesie, assassi- nio, & similibus. *idem num. 13.*
10. Item non ordinatus, celebrans, vel sa- cramentalem audiens confessionem. *Cle- ment. VIII. 1. Decembris 1601.*
11. Item sollicitans mulieres in confessione, si delictum sit graue. *Gregor. XV. in suo Decreto.**
12. Item criminis nefandi reus. *Pius V. in Bulla de exercet. Barbos. alleg. 44. nu- mer. 25.*
13. Item reus de abortu animato. *Quaranta. V. Abortus. num. 6.*
14. Degradatum non potest restituere Epi- scopus. *Syluest. Degradatio. questio. 9.*
15. Nisi verbaliter tantum degradatum. *Tolet. lib. 1. cap. 50. num. 7.*

Diaconi Seluatici.

V. Clericus. num. 86.

Dispensatio.

1. Dispensationes quacunque auctori- tate concedenda summarie reco- gnoscantur à locorum Ordinarijs. *Trid. sess. 22. cap. 5.*
2. Fiant causa cognita, vrgenti, & iusta ratione, summa maturitate, & gratis; aliter censentur surreptitia: *idem sess. 25. cap. 18.*
3. Circa Canones Pontificios, qui impo- nunt legem ipsis Episcopis, non potest Episcopus dispensare, nisi reperiat hoc concessum. *Syluest. V. Dispensatio quest. 13.*
4. Quoties in iure exprimitur, vt cum ali- quo possit dispensari, & non dicitur, per quem; dispensare potest Episcopus. *To- let. lib. 1. cap. 89. num. 4.*
5. Et potest in materia leui. *Sà. Dispensatio num. 9.*
6. Dispensatio non impeditur, si dum Pa- pa tribuit facultatem dispensandi, dispē- sandus iterum copulam habeat cum ea, pro qua imperatur dispensatio. *Bonac. de leg. disp. 1. quest. 1. punct. 5. propos. vnic. num. 4.*
7. Dispensationem obtinens cum ea clau- sula: *in his de causis animum nostrum mo- uentibus*: non tenetur eas Commissario significare. *Decium refert Nald. Dissen- satio. num. 18.*
8. Archiepiscopus non potest dispensare in Decretis Synodi Prouincialis *Barbos. de pot. Episc. alleg. 34. num. 8.*
9. Episcopus potest dispensare in proprijs constitutionibus sine causa. DD. apud eundem. *ibid. num. 2.*
10. Et in Diocesana Synodi Decretis. *ibid. num. 3.*
11. Nisi ille iuramento ea firmauerit. *ib. n. 5.*
12. Et nisi constitutio transferit in contra- ctum in alterius commodum. *ibid. n. 6.*
13. Et nisi sint confirmata auctoritate Apo- stolica. *num. 7.*
14. Potest dispensare cum illegitimo ad be- neficium simplex, cui est visita Paro- chialis. DD. apud eundem. *alleg. 66. nu. 48. Plura infra p. illegitimi.*
15. Potest item ex causa in voto, & iura- mento, non in præiudicium tertij, cui sit us questum. *Mirand. in Manu. Præ- lat. 1. quest. 47. art. 2. concl. 1.*

16 Etiam

- 16 Etiam electus, non consecratus. Barbof. alleg. 36. num. 6.
- 17 Respectu subditorum, non eorum, qui habitationem ibi tantum habent, vt scholares *ibid.*, num. 17.
- 18 Item in voto continentiae, si detur virgens causa, & periculum in mora, si adeatur Papa. idem alleg. 37. num. 8.
- 19 Item in voto castitatis ad tempus. *ibid.* num. 15.
- 20 Item de non contrahendo matrimonium. num. 17.
- 21 Item in voto virginitatis, si intendat solum fugere primum actum venereum. num. 18.
- 22 Item in voto suscipiendi sacros ordines. num. 19.
- 23 Non potest in quinque votis, seu iuramentis de Religione, castitate perpetua, peregrinatione in tetram sanctam, ad limina Apostolor. & Compostellam. DD. communiter, etiam si sint conditionata. *ibid.* num. 5.
- 24 In dilatione horum ad aliud tempus, si vouens sibi tempus praefiniuit, potest dispensare. Barbof. loco cit. n. 13. 16.
- 25 De voto peregrinationis ad Aedem Lauretanam, an sit Papae reservatum: Affirmat Nauar. dubitat Suar. apud Barbof. alleg. 37. num. 3.
- 26 Si vota praedicta quinque fiant in poenam alicuius peccati, an possit Episcopus dispensare; affirmant, negant DD. *ibid.* num. 7.
- 27 In matrimonij impedimentis solo iure Pontificio dirimentibus non potest Episcopus. Decisum refert Garz. de benef. par. 11. cap. 5. num. 344.
- 28 In impedimentis, quae non dirimunt contractum, potest. Sanchez. lib. 7. disp. 17. num. 15.
- 29 Potest etiam in sequentibus dirimentibus.
- Primo, quando est occultum, bonaque fide matrimonium est publicum, nec ad Papam facilis est recursus, neque possunt coniuges separari DD. apud Barbof. alleg. 35. num. 3.
- Secundo, ex magna necessitate, & urgentissima cum periculo infamiae, &c. n. 5.
- Tertio, quando impedimenta superveniunt matrimonio, & impediunt petitionem debiti. num. 8.
- 30 Si tamen adsit Nuncius Apostolicus habens facultatem dispensandi ad hunc titulum recurritur. num. 10.
- 31 Vicarius Generalis sine mandato speciali non potest in praedictis. num. 13.
- 32 In dubio, an res egeat dispensatione, potest Episcopus declarare, illam non desiderari, vel ad cautelam dispensare. num. 18.
- 33 Potest item cum minoribus non habentibus requisitam aetatem ad matrimonium, quando sunt prope aetatem, & dubium est, an malitia suppleat aetatem. num. 20.
- 34 Item cum eo, qui post votum simplex castitatis contraxit matrimonium ratum, vt possit petere debitum. idem alleg. 37. n. 9.
- 35 Et cum eo, qui post matrimonium emisit votum castitatis, vt possit petere debitum, viuente coniuge tantum. num. 10.
- 36 Et cum ijs, qui mutuo consensu emiserunt votum castitatis, si detur periculum incontinentiae, & aditus ad Papam sit difficilis. num. 11.
- 37 Et cum eo, qui commisit incestum, vt petat debitum. num. 12.
- 38 In dispensatione matrimoniali poenitentia iniuncta incestuoso potest ab Episcopo delegato commutari ex causa. Decisum Romae refert Genuens. in praxi Neapol. cap. 20.
- 39 Qui potest dispensare, potest etiam commutare, non e contra. Barbof. alleg. 37. num. 21. & 25.
- V. Censura. num. 1. & seqq. Clericus concubinaris. numer. 9. Irregularitas per totum. Ordines maiores. num. 45. Regularium iura sub Episcopis, num. 77.

Doct̄or.

- 1 Episcopus in dando gradus Doctoratus non seruans Clementinam 2. de Magistris, suspenditur per sex menses a potestate dandi gradus. vt *ibid.*
- 2 Doctoratus a Comite Palatino in quacumque facultate nullius est nunc auctoritatis, quoad dignitates, & beneficia. Pius V. Ann. 1565. apud Nald. Doct̄or. numer. 11.
- 3 Conerens gradum Doctoris, nisi sub certa limitatione, fit suspensus a collatione gradus. Barbof. alleg. 111. num. 38.
- 4 Theologus praecedit, post Canonista; deinde;

deinde Legista, ultimo Medicus. Syll. V. Doctor quest. 2.
V. Cap. Sede vac. n. 56. Fidei Professio. n. 24.

ADDITIO.

Ratione Doctoratus inter Canonicos Præbyteros nulla datur præcedentia, nec præminentia. Congr. Rit. 19. Mart. 1611.

Doctoralis Præbenda.

- 1 **C**Anonicus Doctoris, huius Præbendæ, officium est, defendere iura Ecclesiæ, siue spectent ad bona, siue ad præminentiam Ecclesiarum. Garz. de benef. tom. 5. p. 5. cap. 4.
- 2 Neque dari debet illi in hanc causam aliquod aliud stipendium. idem *ibid.*
- 3 Sed debet eo casu haberi tanquam præfens in Choro. idem *ibid.*
- 4 Si exit à loco, debetur conueniens stipendium pro itinere, &c. idem *ibid.*

Doctrina Christiana.

- 1 **I**N Dominicis, & festis diebus in singulis Parochiis doceantur pueri fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes, ab ijs, ad quos spectant, centuris etiam adhibitis contra eos, qui docere debent. Trid. sess. 24. cap. 4.
- 2 Sodalitas Doctrinæ Christianæ instituat. Prou. 2.
- 3 Vbi non potest, duo, vel tres homines ad id aptiores eligantur, qui adiuuent. *ib.*
- 4 Instituantur scholæ, etiam extra Parochiales Ecclesias, in locis commodioribus. Prou. 4.
- 5 Constituantur loca ab Ordinarijs pro tradenda Doctrina Christiana. Pius V. A. 1571.
- 6 In singulis Vicariatibus constituatur aliquis ecclesiasticus, qui scholas visitet, & tertio quoque mense Vicarium Generalem certiore faciat de earum statu. Prou. 7.
- 7 Scholæ omnes eo ordine vbique instituantur, ut vnum corpus constet sub vrbano Priore Generali. *ibid.*
- 8 A prandio conuocentur pueri. Prou. 1.
- 9 Clerici quicumque Choro non additi

- Parochum adiuuent. Prou. 5.
- 10 Grauiter moneantur patres, & domini, qui negligunt eam doceri filios, & feruos suos, iisque confessarii grauissimam pœnam imponant. *ibid.*
- 11 Non possunt compelli pueri ad discendam Doctrinam Christianam pœnis, & mulctis, sed ii quorum interest docere. Decisum refert Prax. Episc. V. Doctrina Christiana §. 3.
- 12 Musicæ cantiones, symphoniaca instrumenta arceantur ab his scholis. Prou. 7.
- 13 Visitentur à præfctis scholæ, neque eo tempore, quo scholæ habentur, concio fiat. Prou. 3.
- 14 Indulgentiæ concessæ in hanc causam semel euulgentur ante Kalendas Maii, & in Kalendis ipsis fiat communio cum processione generali. *ibid.*
- 15 Intra Missarum quoque solemnia Parochi recitent Orationem Dom. Salutationem Angelic. Symbolum Apost. & Decalogum, repetente populo rudiori, & sapius explicent. Prou. 5.
- 16 Antequam confiteantur, eadem pœnitentes recitent. *ibid.*
- 17 Quæ si nescierint, & post certum tempus, ne audiantur, inconsulto Deputato ab Episcopo, seu Vicario Foraneo. *ibid.*
- 18 Aliquibus remitti potest prædictorum recitatio, iudicio eorum confessariorum, quibus id Episcopis concesserit. Prou. 6.
V. Confraternitates. nu. 31.

ADDITIO.

Potest Episcopus per viam præcepti penalis obstringere Parochos ad docendum doctrinam Christianam; non autem sub pœna peccati mortalis. Congr. Episc. 22. Nov. 1592.

Duellum.

- 1 **Q**ui locum ad monomachiam in terris suis concesserint, eo ipso sunt excommunicati, & iurisdictione, dominio loci, quod ab Ecclesia obtinet, priuati intelligantur. Trid. sess. 25. cap. 19.
- 2 Si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. *ibid.*
- 3 Si ex condicto permiserint, aut non prohibue-

- hibuerint, mandantes, instigantes, auxilium, consilium, fauorem dantes, equos, arma, pecunia, com meatum, scienter ministrantes, aut ex composito spectatores, vel socij, eisdem censuris subiacent, quibus duellantes, etiam si illi impediti pugnam non commiserint. Gregor. XIII. Anno 1582.
- 4 Qui pugnam commiserint, & eorum patrini, excommunicationis, bonorum proscriptionis, & perpetua infamiae penas incurrant, & uti homicidae puniantur. Trid. loco citato.
- 5 Si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant ecclesiastica sepultura. *ibid.*
- 6 Qui ex condito statuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiserint, etiam si nulli patrini, socijve ad id vocati sint, nec loci securitas habitae, nullave littera prouocatoria, aut denunciationis chartulae praecesserint, censuris Concl. Trid. & poenis tenentur, ac si certamen iniuissent publico, & solito abusu Gregor. loco cit.
- 7 Extenduntur praedicta ad omnem locum. Clem. VIII. Anno 1592.
- 8 Et quomodocumque & titulo quouis inuentur duellum. *ibid.*
- 9 Et qui scripta in lae causam dictarint, scripturam detulerint, affixerint, impreserint, subscripserint, seu verbo denunciarint. *ibid.*
- 10 Non comprehenduntur hoc loco epistolae priuatae, quae ordinarie scribuntur. Congreg. Episc. 6. Septembr. 1593.
- 11 Qui consilium, &c. ut supra num. 3. etiam est, et non secuto, nec accessu, nec actu proximo ad pugnam, praedictas venturas, & poenas subeant. Clem. *supra.*
- 12 Excommunicatio est. Papae reseruata, *idem ibid.*
- 13 Poena aliae priuationis beneficiorum, officiorum in habilitatis ad illa imponitur. *ibid.*
- K. Casus reseruati. num. 3.*
- Ecclesia.**
- 1 Ecclesia noua ne construatur sine licentia Episcopi, DD. apud Barbof. *de potest. Episc. alleg. 16. num. 1.*
- 2 Neque Regularium in loco non exempto. *idem ibid. num. 3.*
- 3 Attendatur autem prauidicium Parochialis Ecclesiae. *ibid. num. 5.*
- 4 Sufficit, quod Episcopi consensus sit tacitus. *idem loco cit. num. 2.*
- 5 In locis exemptis necessaria est licentia Papae Sylu. *v. Ecclesia q. 1.*
- 6 Non debet edificari sine dote; alioquin Episcopus de suo dotare debet DD. apud Barb. *alleg. 74. num. 2.*
- 7 Quae sufficiat Rectori, & clerico ad vicium. *idem ibid. n. 3.*
- 8 Non potest Episcopus assignare fabricae Ecclesiae pauperis de fructibus superfluis alterius Ecclesiae. *ibid. num. 17.* concedit Sanch. cum alijs *lib. 3. de matrim. disp. 19. num. 14.*
- 9 Non potest impedire edificium Ecclesiae sufficienter dotatae, sine causa rationabili. Decisum in Rota Romana. 18 Februarii, 1591. *ceram Atlantica.*
- 10 Ecclesia sufficienter dotata pro omnibus etiam Capellis, non est necessario dotanda vnaqueque Capella. *Nald. capellana num. 6.*
- 11 Ecclesia mutari non potest de loco ad locum sine licentia Papae & Episcopi. Barb. *alleg. 26. num. 8.*
- 12 Ecclesia collapse, vel quae nequeunt instaurari, vocatis ijs, quorum interest, transferri possunt in matrices, aut alias vicinas arbitrio Episcopi cum beneficijs simplicibus, etiam de iure patronatus, erectis altaribus, cum oneribus priorum Ecclesiarum. Trident. *sess. 21. cap. 7.*
- 13 Reparatio Cathedralis ad Episcopum spectat. supplicat Capitulum, de superfluis fructibus beneficiorum vacantium. Barb. *alleg. 64. num. 5.*
- 14 Vel compellantur Parochiani. *n. 6.*
- 15 Parochiales reficiantur ex fructibus, qui, si non sufficiant, cogantur patroni, aut parochiani, aut certe transferantur, *ut supra. Trident. loco cit. cap. 7.*
- 16 Populo nolente suam Ecclesiam instaurare, diruatur. Decisum refert Rice. *in praxi resol. 201.*
- 17 Pensionarius tenetur pro rata ad reparationem Ecclesiae, si non est liber ab omni onere. Nauar. *conf. m. d. Eccl. edific.*
- 18 Non sunt prophanatae Capellae sine carta, & earum cementia potius tribuenda sunt Ecclesiae, quae est caput districtus.
- Ca.